



ācriter. adu. **FORMA** comp. acrius^{x261}, sup. acerrime^{x104} (quorum acerrume^{x7}).
ETYM acer¹. [**FREQ** media 522 ^{indicia} 39 /d.c.m. 254-184 **PLAUT**] uocabulum scriptis litterariis praecipue narrando, item argumentando exponendo aptum, etiam reliquis minore numero pari frequentia, prosa magis quam uersu; usibus mediis si numerum uideas, pro rata parte doctis quotidianisque praeualens; scriptis technicis ad oratoriam agri culturam medicinam historiam naturalem pertinentibus quoque inuenitur; per omne linguae Latinae aeuum pariter apparet.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	44	16
	narrando	327	68
	argumentalis	120	24
	dramatica	13	29
	lyrica	7	33
	satirica	7	27
DIACHRONICA	III-II aec.	14	33
	I aec.	182	81
	I-II ec.	168	43
	III-V ec.	154	23
DIAPHASICA	quotidiana	16	37
	media	378	35
	docta	124	59
DIASTRATICA	litteraria	561	43
	technica	67	21
MODUS	prosa	460	39
	uersu	58	32

¶ **a** modum uehementiorem quo uerbi actio peragitur significat • significa la manera especialmente intensa con que se desarrolla la acción verbal 30 CELS 7.30.3a. Ubi sanguis ui fluit, fames dicitur, alius acrius ducitur.

aliquando cum modo percipiendi relatum, id est, cum acumine • relacionada a veces con percibir mediante la vista, esto es, 'con agudeza' [REL →acute] 45 CIC Tusc 1.73. cum acriter oculis deficientem solem intuerentur. 125 APUL Socr 21. si quis uelit acriter cernere, oculi curandi sunt, quibus cernitur. 338 IUL VAL 1.12. acrius intuens cursus astrorum.

b (→acer^{b1}) saepius semantizatur maiorem gradum in uerbo significans, secundum cognitiones activatas ab eo; ita ut uehementer, profunde, cum studio usitatur • con más frecuencia se semantiza, indican un grado mayor en el significado del verbo, según los dominios cognitivos activados por este último; así, equivale a 'con intensidad, profundamente, con empeño' 200 PLAUT Stich 180. nunc essurio acrius. 86-82 RHET Her 2.49. exputamus acriter et criminose et diligenter. 32 VAL MAX 7.2.6. ut uirtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter se dissidentes. 390 AMM 21.16.9. in quaestiones acrius exurgens quam ciuilater.

(→acer^{b2}) saepe ad pugnam pertinet • se aplica con frecuencia a la lucha armada [DOM pugnare, instare, proeliare SIM fortiter] 52-43 HIRT Gall 8.19.5. praesidio cohortium confisi nostri acerrime proeliantur. 30 VELL 2.68.1. dum in acie Pharsalica acriter de summa rerum Caesar dimicat. 390 AMM 17.8.5. Chamauos ... partim cecidit partim acriter repugnantes uiuosque captos conpegit in uincula.

aliquando plus celeritatem et studium, quo actio agitur, quam necessariam patientiam uel perpressionem ad id perficiendum continet • implica a veces más la rapidez y el entusiasmo con que se acomete una acción que la resistencia necesarias para llevarla a cabo 29-9 LIV 41.10.3. repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo impetu quam perseuerantius pugnauit. 50 CURT 4.6.14. acrius quam constantius proelium inierunt.

(→acer^{b4}) item ad intellectus opera pertinet • asimismo, se aplicó a las características o productos intelectuales 55 CIC Pis 68. lubricum genus orationis adulescenti non acriter intellegenti. 70 LUCR 3.53. in rebus acerbis acrius aduertunt animos ad religionem. 95 QUINT Inst 2.7.3. exercebitur acrius memoria aliena complectendo quam sua. 338 IUL VAL 1.35. Alexander irruptionem oppidi acrius agitabat.

praecipue ad sermonem pertinentia • especialmente los relacionados con el habla [SIM uehementer DOM dicere] 234-149 CATO Orat 166. acerrime aduersus eos dicit. 201 PLAUT Cist 108. Plauto. nolito acriter eum inclamare sed, amabo, tranquille. 45 CIC Tusc 4.55. An tibi irasci tum uidemur, cum quid in causis acrius et uehementius dicimus? 32 VAL MAX 8.5.1. Pompeium A. f. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium non abrogata fides. 350-400 DICT 2.5. nostri acrius incusare, quod tam hostiliter aduersum suos uersaretur.

uel ad ipsius conscientiam uel curas affectusue • o la conciencia, así como a las preocupaciones y los sentimientos 191 PLAUT Pseud 273. Amatür atque egetur acriter. 85 CIC Inu 1.103. acriter excitata indignatio. 63-65 SEN Epist 29.7. uidebis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et acerrime rabere. 220 MIN FEL 3.4. me Octauī nostri acriter angit et remordet oratio.